



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

In Cap. Præterea 5.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

mentum, ut, si non impediatur, non possit subdelegare; estque argumentum deductum à contrario sensu, utroque jure receptum, c. Cum Apostolica 7, in fine inf. De his qua sunt à Prelatis &c. & l. 1, D. De eo cui mand. est iuris. At repugnat d.c. Pastorale 28 &c. fin. hoc tit. &l. A Indice 5. C. de iudic. quibus locis permittitur simpliciter delegato Principis subdelegate: imò tacite ex juris concessione mandato suo hoc continetur, quare & absque causa poterit subdelegare. Ut igitur hunc nodum solvat Panorm. hic num. 1, existimat justam causam impedimenti in delegato Principis requiri, quando vult subdelegatum compellere ad acceptandam subdelegationem. Verum hanc sententiam rectè refutat Decius hic num. 11. Si enim potest, inquit, sine causa subdelegare poterit, & gen. ea subdelegatum compellere, d.c. Pastorale in pr. Neque moverit argumentum à contrario sensu, quia illud cessat, ubi expressè aliud decisum est à jure, ne id, quod presumptivè ex sententia legis eruitur, juri expresso preferatur, ut est communis resolutio, teste eodem Decio, hic num. 12.

Quare constituti juris est, delegum summi Pontificis subdelegare posse, etiam sine causa, & iavitis partibus litigantibus, ut hic textus probat, in V liberum, & ibi Gl. Innoc. Panorm. & Decius: \* dummodo delegatus malitiosè se non exoneret, iudicandi munere, & in subdelegatum rejiciat. Nam hac specie eti si delegatio ab eo facta valeat, si sponte a subdelegato recipiatur, renitentem tamen subdelegatum compellere non potest, d.c. Pastorale in pr. Neque enim malitia hominum à jure indulgetur, l. in fundo 39, circa fin. D. De re iuridice.

Porro quod additum est ad textus nostri moderationem videlicet de consilio vel praesentia subdelegantis, sensus hic est, ut si causa tanti momenti sit, ut opus habeat consilio subdelegantis, ea subdelegari debeat, adjecta clausula de requiringendo consilio subdelegantis; si praesentia abstineri debet à subdelegatione. Consilium verò requisivisse sufficit, etiam si illi non pareatur, text. in

c. Cum olim 7, inf. De arbitris. Idem est de consilio alicuius tertii requirendo, ut rectè hic Innoc. Sed quid si omisso consilio subdelegatus processerit? Et non valere sententiam ab eo latam idem Innoc. censet, quem & tacitè sequitur hic Panorm. siquidem subdelegatus nec cavit contra formam mandati, quæ erat diligenter servanda, c. Venerabili 37, hoc tit. inuncta l. Diligenter 5. D. Mandati. Vide quæ fuisis de hoc arguento hic Interpretes tractant, Decius præsertim. Nos reliqua perlequamur.

Ait igitur textus h. in fine. Nisi forte causa ita graves sint, quod sine praesentia tua non possint commode terminari; tales subdelegari non possunt, ut & aut è expostum est. \* Quæ autem sint graves causæ hic queritur. Existimat Panorm. eas graves dici, quæ delegato suæ industria ratione committuntur, item causas matrimoniales. Sed rectius Decius hic num. 38, putat id reliquendum judicis arbitrio, juxta vulgatam juris sententiam, quæ ea, quæ non sunt à jure determinata, censemur arbitrio judicis reliqua, text. in l. 1. in fine D. De iure delib. l. 1, D. De effractorib. &c. 4. in fin. hoc tit. cum similibus. Intellige verò hoc loco Judicem ipsum delegatum, arg. c. Super litteris 20, sup. Derescr. Neque verum est, causas matrimoniales subdelegari non posse, cum contrarium constet ex c. Ex litteris 4, inf. De in integr. refutat. Quamvis hodie non nisi Episcopis committuntur ex confir. Concil. Trident. Sess. 24, c. 20, D. reform. Est quidem explorati juris, in iis, quæ respectu industria vel fidei personæ alicui committuntur, cessate subdelegationem, c. fin s. 1. hoc tit. &c. Is cuius 12, ord. in 6, verum id non sit propriæ causæ gravitatem, sed quia ita deleganti vilum fuit, ut ipsem delegatus causam exequatur: mandati autem fines diligenter sunt custodiendi, d.l. Diligenter D. Mandati. Itaque ut rem totam brevissimis verbis comprehendam, summi Principis delegatus semper subdelegare potest, nisi ejus industria electa fuerit, aut causæ gravitas subdelegationem dissuadeat, iurib. hattus alleg.

### In Cap. Præterea 5.

#### S U M M A R I A.

1. Iudicis delegati potestas.
2. Concesso aliquo, ea omnia concessa intelligi, sine quibus illud consiliorum non potest.

**R** Escribit hoc Caput S. Pontifex, delegatum simpliciter constitutum posse partes compellere, centumaces coercere, omniaque facere, quæ ad causæ expeditionem spectant. Similis textus est in c. Suspicionis 39, §. 1, sed. Item eleganter Javolenus JC. cui jurisdi-

*Jurisdictio*, inquit, data est, ea quoque concessa videntur, sine quibus *jurisdictio* explicari non potest, l. 2. D. *De jurisdictio*. Quare citare poterit, c. 4, §. 1. sup. cod. item animadvertere in eos, qui *jurisdictionem* suam impediunt, cap. 1. sup. hoc tit. Sed hæc ita, dummodo delegati *jurisdictionem* non excedat; veluti si filius hæreditatem parentis habeat, adversarii vero excipiunt, eum filium legitimum non esse, ac proinde hæreditatem non debere admetti, profecto delegatus, si laicus sit, de hac quæstione, an filius legitimus sit, cognoscere non poterit, etiamsi hæreditatis quæstio absque illa decidi non possit, sed prius quæstio illa, quæ parentum matrimonium concernit, est ad *Judicem Ecclesiasticum* remittenda, per text. in c. Lator 5. inf. Qui filii sunt legitimis, &c. pen. inf. De ordine cogniti. Reliqua vide apud Bart. & Jas. ad d. l. 2.

<sup>2</sup> Simile juris axioma esse, chm quid conceditur, censeri omnia concessa, sine quibus illud consistere vel usui esse non potest, tradit. Jas. in d. l. 2. num. 2. & multis hoc axioma comprobatur. Ad

majorem confirmationem insigne responsum Pomposii JC. adferamus deservitute, his verbis: *Refectionis gratia accedendi ad ea loca, que non serviant, facultas tributa est his, quibus servitus debetur: quātamen accedere ei si neceſſo, niſi in ſervitute nominatim preſinutum ſit, quā accederetur. Et paucis interje-ctis: Si prope tuum fundum ju[m] mihi eſt aquam rivo du-cere, tacita hac iura ſequuntur: ut reficerem h[ab]iri r[ati]o[n]e licet; ut adire quām proximè poſſim ad reficiendum cum ego, fabrique mei: item ut ſpatium relinquant mihi domi-nus fundi, quo dextrā & ſinistrā ad r[ati]o[n]e ſum a deam, & quo terram, limum, lapidem, arenam, calcem iacere poſsim. textus eſt in l. *Refectionis* 12. D. *Commun. prædior.* Addo & text. in l. *Veteres* 4. D. *De itinere auctiōne pri-vato.* Sic eleganter respondit Oldradus, cons. 11. in causa Hospitalis, cui à Sede Apostolica erant re-missa decimæ in uſum ſuorum pauperum, ut non tantum pauperes eo privilegio contineantur, ſed & inſervientes eidem Hospitali, quia ſine hiſ pauperes curari non poſſunt. Pluribus exemplis hæc res illuſtrari poſſet, niſi eſlet alienum à ma-teria proposita.*

### In Cap. Quoniam Abbas 14.

#### S U M M A R I A.

1. *Delegatio facta expresso nomine proprio est personalis.*
2. *Facta sub nomine appellativo transit ad successorem.*
3. *Quid si nomen proprium simul cum dignitate exprimatur.*
4. *Decretum Concilii Trid. hæc de re.*

**S**pecies hujus Capitis hæc eſt. Causa à ſummo Pontifice commissa ſuit duobus Abbaribus Leiceſtria & Viceſtria, ſuppreſſis eorum propriis nominibus. Mortuo Abbate Viceſtria, Abbas Leiceſtria diem certum ad agendum par-tibus dixit, ſuccelloremque Abbatis Viceſtria, porrecto ipſi S. Pontificis mandato, in ejusdem cauſe cogitationem adhibuit, ſententiaque ab utroque lata & tandem confirmata ſuit à Pontif. Ubi in primo eſt notandum, quod delegatio quandoque fit expresso proprio nomine, ut pura Petro, Paulo, vel ſimili, quandoque ſub nomine appellativo, veluti Abbati, Epifcopo, Decano, Praepoſito. Et priori quidem cauſe delegatio mor-te ipſius delegati exſpirat, neque ad eius hæredem, ſive alium ſuccellorem tranſit, quia in de-legatione ratio ſolius personæ habita eſt, quā ex-tincta conſequenter etiam extinguitur delega-

tio, arg. e. *Sigriatōe* 5. *Dereſcript. in 6. & l. Privilegia quadam* 196. D. *Dereg. iuriſ.* Panorm. hic num. 3. Decius ibid. num. 13. cum aliis ab eo citatis. Posteriori verò cauſe in ſuccellorem tranſit, per h. text. fi-quidem dignitas perpetua eſt; & proinde cum dignitatib[us] reſpectu ſit facta delegatio, meritò in ſuccellorem eiū tranſfunditur. Hinc eleganter à Cajo JC. responſum eſt de Principe, cuilegatum eſt relictum, eo mortuo, ante quam cederet dies legati, nihilominus ſuccellori eius deberi, l. *Quod Principi* 58. D. *De leg. 2. licet in legato reli-cto Augustæ diversum obtineat, nam eā mortuā defecit & legatum,* l. *Si Augusta* 59. D. cod. Verū hocideo, quod Augusta nullam dignitatem pro-priam habeat, ſed communicatam ſibi à Principe; ut & reliqua uxores dignitatem habentium, l. *Famine* 8. D. *De Senatorib[us]* & l. *Mulierib[us]* 13. C. *De digni-tatib[us]* lib. 10. Sed & posterior cauſa ita exaudiendus eſt, niſi aliter conſter de mente delegantis: veluti ſi delegatio facta eſt ſub nomine quidem dignitatis, ſed habitâ induſtria ratione, eruditio[n]is, aut fidei ipſius personæ; nam & hoc cauſe delegatio in ſuccellorem non tranſit, ex ratione, c. fin. 9. 1. vers. *praterquam inf. cod.*

Cæterū quæſtionis eſt, ſi & proprium no-men